

IACOBI  
CALICII IV-  
RIS CONS VLTI  
CLARISSIMI, MI-  
LITIS QVE GENE-  
ROSISSIMI MAR-  
GARITA FI-  
SCI,

Accessere eiusdem viridarij militie, prarogativa  
militaris, ac de MONETA Tractatus  
non minus eruditus, quam  
necessary ijs, qui  
Reipub. pra-  
funt.

LUGDVNI.  
APVD IOAN.  
GORDIOLAM.  
Cum privilegio Regis,  
ed decennium.  
1556.

## IACOBI A CALICIO

MILITIS DOCTORISQUE IN VTRA-

que censura celeberrimi, Aduocatique Regij meritissimi opus aureum, atq; præclarum apud nostrates strenue commendatum, Margarita Fisci inscriptum,  
feliciter incipit.

\* \*

+

## Summa capita.

1. Calphurnius miles Fisci aduocatus.
2. Tractatus dispositio.
3. Adiustati Fisci officium quoq; quibus consistit.
4. Aduocatus Fisci uotis ad sit, secundusque et debet.
5. Aduocatus Fisci officium.
6. Aduocatus licet non sit substatu stipendium, contra Fiscum ne agat.
7. Aduocatus pieat quoq; prestare debet, &c.



clericali xiij. cap. Sed inuolutus in illis  
recurrat ad Dominum Iesum Christum  
iustum aduocatum. j. loan. cap. ij. & de  
poenit. distin. ij. cap. si enim. in princip.

¶ Et quia duum licet indignus ego Ia-  
cobus de Calicio iurisperitus & miles à  
gloriosissimo quondam Rege Ferdinan-  
do Aragonum miles, & aduocatus Fisci  
suis & eius consiliarius ordinatus, crea-  
tus & factus fui, & ipsum officium re-  
nui per aliqua tempora prout tenuit T  
Calphurnius aduocatione fisci Antonini  
Imperatoris, ut l. proxime. ff. de his quæ  
in test. delen. Idcirco ad laudem gloriam

Duoca  
te, à poten-  
tioris disce-  
de, quia ex  
aduocatio-  
ne poten-  
tis multa  
damnacioni-  
mæ euenire  
possunt. ec

& honorem illius qui cum ea creauit, Ge-  
nesis j. & ij. cap. Et ad uilitatem rotius re-  
publicæ Serenissimi domini Regis Al-  
fonsi, nunc feliciter regnantis Tractatū  
præsentem in re publica eiusdem Domi-  
ni Regis duco vulgandum. ¶ In quo T  
primo loco tractabo de officio aduocatis  
Fisci iuste exercendo. ¶ Secundò etymo-  
logiam dictioris Fisci explicando.

¶ Tertio priuilegia, iura, prærogatiuas,  
et specialites Fisci, speciales numerando  
& notando. ¶ Quartò deteriores condi-  
tiones & iura tam Fisci, quam priuatis spe-  
cificando, & latè ponendo. ¶ Quinto in  
quibus casibus Fiscus & priuatus aqui-  
parantur, æquales conditiones sequendo.  
¶ Sexto procedā a ieiunctiones, et pe-  
nas & punitiones ciuiles & remedia præ-  
toria iungendo. ¶ Septimō punitiones cor-  
porales, scilicet mortis naturalis, deuina-  
tionis membrorum & ademptionis vi-  
ze, seu mortis ciuiliis, & alias poenas no-  
stræ ciuitatis & Cataloniae, & casus in qui-  
bus ius docere potest sigillatim expri-  
mendo. ¶ Octauo prærogatiuas & iu-  
ra propria principis communiter de iure  
Cataloniae latissime subiiciendo & spe-  
cificè nominando.

¶ Venio igitur T ad primum, & dico,  
qd officium aduocati fiscalis consistit in  
sequentibus principaliter. ¶ Primo ne Fi-  
sci aduocatus fiscalia commoda occultet,  
ut l. fisci aduocatus C. de aduoca. fisc.

¶ Secundò ne vlio negotio existente fisci  
nomine priuatis audeat calumnias cōmo

IACOBI A CALI-  
cio Iurisconsulti Tracta-  
tus non inelegans de  
prærogatiua  
militari.

## Summa capita.

1. *Militia scientia euangelica.*
2. *Milites in quibus potiores pagani.*
3. *Vestitum genera.*
4. *Vestibus politoribus quibus, an non, uti licet.*
5. *Milites soli arma gestant, declarat. S. 9.*
6. *Militibus quando uictis armis sint.*
7. *S. si quidem sensus.*
8. *Milites statutis aestiam ex genitivis non teneri.*
9. *Milites universitatis non esse.*
10. *Nobilis, uox quo relata.*
11. *S. plebis, militi de iure nat. sensus.*
12. *Cidicatum statutum ex quoniammodo. 15.*
13. *Milites qui conuane habeant.*
14. *Hominum genera.*
15. *Militum ordo maior.*
16. *Milites non nisi in feudis cum chubus indicari.*
17. *S. auillent de defenso. cuius sensus.*
18. *Milites in populum acciti que non amittant.*
19. *S. plebis. sensus.*
20. *Plebs quo continet.*
21. *Ciuitate quo flatus liget.*
22. *Milites ciuitatis statuto non ligeri quatenus uerum.*
23. *Milites an ligentia ciuitatis statuto permisso Regis sinto.*
24. *Principi competentia concessibilita.*
25. *Militum ius ad alium transfert princeps.*
26. *Milites in cuius potestate sunt.*
27. *Officiale uox quid ciuitate.*
28. *Milites delinquentes sunt de iurisdictione Regis.*
29. *Viciorum iurisdictio quatenus restricta.*
30. *Sicutu*ndi* ius ciuitati concessum ad milites (nisi vocati sunt) non extendi.*
31. *Sicutu*ndi* ius in milites chubus concedere nequit princeps.*
32. *Legem pacionis non tollit princeps.*
33. *Contractus non nominatus quando irrevocabilis.*
34. *Concessione generali militum ius non tolli.*
35. *Milites a quoniam iurisdictione exempti.*
36. *S. illud explicari.*
37. *Sicutu*ndi* libertas contra ius nibil potest.*
38. *Sicutu*ndi* ciuium ei noceat.*
39. *Sicutu*ndi* ius quod milites inuicti.*
40. *Sicutu*ndi* ius quod milites imponenda.*
41. *L. nunc quod clarissa.*
42. *Milites quibus præcelere debent ex quibus.*
43. *Centurionis euangelici laus.*



## E A B.

scondas sa-  
pientiam in  
decore ei.  
Ecclesiasti-  
ci. iiiij.ca. q  
vnusquisq,  
qui in scien-  
tia labora-  
uit† nō de-

- bet abscondere sapientiam in ea quæ mente concepit tanquam latentia sub terra pro-  
ducere debet & exhibere intellectibus sa-  
pientum, vt iudices instruantur ad iudicium, & consulendum, & aduocati ad ad-  
uocandum: quia sapientia abscondita, & the-  
saurus inuisitus, quæ utilitas in utrisque est  
hominibus, qui abscondunt sapientiam suam.  
Ecclesi. xx. c. idcirco ego Jacobus à Cali-  
cio iurisperit, & miles labores meos ex-  
hibens solus hunc tractatum in re publica  
duco vulgandi, & nominandum præro-  
gativam militarem ad gloriam, & honorē  
summi Dei omnipotentis & pro cultu lu-  
stite, & pro utilitate, & gloria militiæ in  
Catalonia triumphantis, & in regno Dei  
militantis.
2. *¶ Præmitto ergo, quod claram† est in li-  
re, quod barones, nobiles, & hoies de pa-  
ratico, & signanter milites debent habere  
prærogativam pte cæteris hominibus in indumē-  
tis, arremētis & alijs ornamentis personarū  
suarū, vt est gl. in l. uno. C. nō licere in fræ-  
nis, & equestribus cellis, & in balteis mar-  
garitas &c. libro. xj. super verbo clamydi-  
bus, sic inquit chlamys militum, purpu-  
ra Regum, stola sacerdotum, toga aduo-  
catorum, briscus rusticorū, cuculla mo-  
nachorū appellatur vt hic & supra de ve-  
stibholoser. & infra qui milita, non pos. l. si.  
Accur. ubi sup. Idem Azo in summa eo-  
titu. A qua glo. Accursij assumptis origi-  
naliter predicia verba, & potest videre in  
summa Azois quislibet intuens. Preter-  
ea hoc probat etiam ruf. & nigrum. C. de  
militia. veste. libro. xij. & signanter l. fortis-  
simis. eo. titu. cum ibi not. per Barto. qui di-*
3. *cit† quod vestis militis vel doctoris ma-  
toris pretij esse debet, quam aliorū, & pro  
hoc etiā facit, quia milites crucis intra vr-  
bem sacri nominis uti possint, vt l. j. C. de  
honoratorum vehiculis. libro vndeclimo,*
4. *m. ij*

Iacobi à Calicio I. V. D.  
Viridarium Militiae.



Vdices constitueruntur, ut iudicent populu justo iudicio, nec in alteram partem declinent. hec effectualiter scribuntur Deuteronomij.

xvj. capit. quibus concordat l. rem non nouam. C. de iudi. & c. cum xterni. de re iudi. lib. vi. & vsaticus. Altum namque supradicti principes nobilem, et honestum &c. in vfa. Barcinonae in tantu igitur ex praecepto dominico iudices admonentur iudicare recto iudicio, quod non debet apud eos esse acceptio personarum: imo debet, & magnus iudicari ut in d. ca. Deuterono. & in c. nouit de iudi. verum quia in principatu Cataloniae comites vicecomites barones milites & homines de paratico dicti principatus se in guerris eorum. & exercitio eorum aliter debere iudicari, quam iudicentur homines ciuitatum villarum perdis guerrificantes, seu bandorizantes Idcirco ego Jacob. de Calicio iurisperitus, & miles habitator, & ciuius olim Vicensis nunc vero nobilis ciuitatis Barcinonae vicens prosequi materiam guerrae de qua in glossandis vsaticis quos glossauit usque ad vsaticum, qui fallierit hostes remittendo in pluribus locis me dicturum & tractaturum ipsam materiam pollicitus fui in vsatico cum etum malum. Sed quia diuersum modum impeditus usquam non potui glossas ipsas perficere. Sed dictae glossae cum Altissimo placebit ab eo fine accipient. Sed quia nescio si tantu vixerim, vel si opportunitatem habuero, quod possim ipsas glossas completere super ipsis vsaticis, idcirco materiam ipsius guerrae per modum compendij. & tractatus disposui in communi edere, & ea, quae circa eius materiam diu excogitauerim & memorie meae commendaueram propalare. & hoc ad honorem laudem, & gloriam sancte Trinitatis, & totius militiae christi, & communem utilitatem iudicantibus, & praesidentibus, et pro instruenda, & refreshanda militia temporali, ac humana circa ipsam guerram et eius exercitiu. Quod com-

pendium seu tractatum si placet intitulare decreui viridarium militiae. & more solito procedi per me in aliis compendiis, & tractibus scilicet pacis, & treuge, soni amissi tam in communi vulgatum seu publicatum intendo procedere. Quia primò & principaliter x. questiones formabo, & sub qualibet earum multa dubia elucidabo.

¶ Primo queritur, an guerra sit licita, seu toleranda in principatu Cataloniae.

¶ Secundò queritur inter quas personas principatus Cataloniae guerra sit licita seu toleranda.

¶ Tertiò queritur quomodo, & qualiter guerra iudicatur, vel censetur indicia in dicto principatu Cataloniae inter dictas personas.

¶ Quartò queritur in quo loco guerra potest in Catalonia per dictas personas.

¶ Quintò queritur quo tempore guerra potest in Catalonia per dictas personas.

¶ Sextò queritur qualiter & per quem modum guerra potest fieri, seu exerceri in Catalonia inter dictas personas.

¶ Septimò queritur, quid iuris sit de personis & bonis captis in guerra & quid sit de eis agendum.

¶ Octauò queritur quomodo est indicia guerra, vel censetur indicia unus guerrificantium possit recedere altero inuito, & qualiter guerra tollatur.

¶ Nonò queritur utrum de commissari in guerra possit per dominum regem & eius officiales inquire, & inde puncto fieri & per partes emenda peti.

¶ Decimò queritur nunquid dominus Rex possit prohibere ipsos guerrificantes non guerrificant & qualiter.

### Summa capita.

- ¶ Viridarium militiae institutum.
- ¶ Usu, principiis namque sensu.

**D**icitur igitur queritur, an guerra sit licita in principatu Cataloniae. & intenditur tantum in hoc compendio tractare, & querere de guerra personis militarium, & de paratico, & non de guerra seu bello quā seu quod dominus Rex Aragonum, & princeps Cataloniae potest indicere, & mouere cū alio Rege & principe, vel etiam in viam executionis iustitiae contra suos subditos inobedientes, & rebellis:

# Domini Iacobi de Calicio Tractatus de Moneta.

## Summa capita.

1. Monetarij corpus habere.
2. Monete magistrorum officium.
3. Alcaldi habent merum imperium.
4. Monetarium genere et rescripto fieri.
5. Monetarij facti approbandi.
6. Approbatione quid solvendum.
7. Monetariorum filij qui accipiendi.
8. Milieia an collegio monetariorum eximunt.
9. Monetarios a collegio eximi posse.
10. Pater exempto, filium non eximit.
11. L. si quis ex corpore sensus.
12. Monetariorum privilegia.
13. Monetariorum privilegia quoniam darent.
14. Monetariorum numerus an restringibilis.
15. L. Comptum ex nucleiari.
16. Reductio numeri nulli nocere.
17. Creationis forma servanda.
18. Monetariorum forum.
19. Privilium pacientium irrevocabile.
20. Reuocat oriam praejudicis non valere. Falsit. et.
21. Alcaldi delegant assessores.
22. Alcaldi facti ad vocatum eligant.
23. Procuratorem fiscalium sibi eligat Alcaldis.
24. Procurator facti natus minister.
25. Monetarij an ad regiam curiam trahendi.
26. Alcaldi an scribens deligant.
27. Regula Cataloniae in privilegijs.
28. Monetarij an remuntrare privilegiis possint.



Bi nascitur aurum, & aurum terrae illius opulum est. Gene. iij. capit. & quia post inventionem auri, & metallorum factus est malleator, et faber in cuncta opera aris & ferri. Tubal. eam Gene. iij. capit. & post malleatorem facta est pecunia seu moneta publicata vobata ciclos argenti probani pro rebus emendis Gene. xxij. cap. & exinde etiam reges monetam intulerunt in aerarium eorum Gene. xlviij. cap. & exinde fuit facta moneta vocata ciclos auri: & fuit ponderata primi Paralip. xxij. & exinde etiam fuit facta moneta auri, & argenti vocata talenta, & aris & ferri etiam fuit facta moneta: sed

non ponderata: sed numerata primi Paralip. xxij. & ibidem electi sunt operarii prudentissimi in auro & argento aere & ferro. Et exinde usus monetarum continuatus est ut l. j. ff. de contrahen. emp. et exinde leges factae sunt, ne villos nummos aureos partim raderet, partim tinxerint, vel tinxerint sub poena ultimi supplicij, ut s. quicunque. ff. ad l. Cornel. de fal. & etiam qui argenteos nummos adulterinos conflareret pœna falsi tenetur: & sibi prohibitum fuit etiamne quis nummis stanneis vel plumbis emere, vel venderet ut l. lege Cornelia. ff. ad leg. Cor. de fal. & Iustinianus Imperator maiorem poenam ad didicit: quia ultimi supplicij, & confiscationis bonorum ut l. j. & ij. C. de fal. mo. & exinde facti sunt moneta trij, qui cuidebant monetam ut l. j. C. de fal. mo. & in rub. & in nigro. C. de murilegu. & gene. & procura. gene. & de moneta. et balfang. lib. xij. & quia comites Barcinonæ monetam auri et argenti cuidi faciunt ut in sua. Barcinonæ moneta alias. s. de vlati. simili modo &c. illustres Reges Aragonum etiam cudi faciunt monetam auri, scilicet florenorum, et argenti scilicet iroatu, quam facit Barcinonæ ex privilegio Regio et eris primo monetam de quaterno. Secundo de duplo, tertio de tercio hodie visitatam & iuratam in Catalonia & in illa de quaterno ponebantur quatuor marchæ argentis & octo aris & in illa de duplo due marchæ argentis & x. aris. & in illa de tercio tria marchæ argentis, & nouem aris. & florenus fuit ad certos quiratos & ad certum numerum florenorum pro marcha per capitulum curiarum Cataloniae initiatus & institutus. et ista moneta debet esse diligenter obseruata ut nullo modo crescat in arte, nec minuatur in auro vel argento nec etiam penso ut in dicto usatico moneta & in aliis privilegiis Cataloniae, & ponit glo. & tex. & Bar. de vete. numis. potestate & in l. j. & ij. & iii. & in feu. quæ sint rega. c. j. & ponunt tex. & doc. in cap. quanto de iure iuran. & Bar. in l. Paulus. ff. de solu. & l. j. ff. de contrahen. emp. cum sumi libus. His preludiis dictis, & premisis.

¶ Primò quarto an monetarij Barcinonæ habeant corpus, & collegium: Ad quod respondeatur T. q. habent corpus & collegium quod dicitur & nominatur capitulum in quo sunt monetarij, & operarij, & magistri iij.

# INDEX

<b>Valitores quando miseri in guerram censendi.</b>	<b>ibidem name-</b>	<b>Vicariorum beneficiis quatenus restituenda in prero. mil. nu-</b>	
<b>ro 10.</b>	<b>mero 32.</b>	<b>mero 32. pag. 342.</b>	
<b>Valitorem dici qui pecuniam in bellum mittit.</b>	<b>ibidem nu-</b>	<b>Vicem Dei tenet fiscus propter culpam et peccatum non</b>	
<b>mero 27.</b>	<b>mero 6.</b>	<b>solum suum decimas in marg. nu. 1. e. 17.</b>	
<b>Valitores ante dominum occident, quicquid accipendum.</b>	<b>ibidem</b>	<b>Videtur intra annum luctus ad secundae uota transmutes, in</b>	
<b>numero 45.</b>	<b>17.</b>	<b>fame efficiuntur, et carum poena in margarita numero</b>	
<b>Vassalus non potest facere conditionem domini deteriorem.</b>	<b>10.</b>	<b>17. pag. 43.</b>	
<b>in marg. nu. 14.</b>			
<b>Vassalus bello captus quid faciendum.</b>	<b>in uiride milit. numer-</b>	<b>Venitius quando quis coactus est in margarita numero 1.</b>	
<b>ro 7. Cf. 5.</b>	<b>pag. 184.</b>	<b>C 1. pagina 93.</b>	
<b>Vassalus dominum bellentem ne vulneret.</b>	<b>in uiride milit. nu-</b>	<b>Violate legis poena in marg. nu. 1. 103.</b>	
<b>mero 7.</b>	<b>mero 77.</b>	<b>Violationis legum arbitria poena in marg. nu. 2. 103.</b>	
<b>Vestigia quibus distribuenda.</b>	<b>in marg. nu. 48.</b>	<b>Vicissim nec tempus arbitriarum in marg. nu. 2. 33.</b>	
<b>Vestigia nouum instituentis poena.</b>	<b>50.</b>	<b>Viciarum autem genera duo.</b>	<b>in mar. nu. 1. 7.</b>
<b>Vestigia nouum principis imponit.</b>	<b>in marg. nu. 12.</b>	<b>Viridery militie institutum.</b>	<b>in uiridario militie numero 1. pag. 146. Cf. 147.</b>
<b>Vellat muricis uendenciam poena.</b>	<b>in marg. nu. 13.</b>	<b>Valens compensare cum fisco, debet facere fidem de debito</b>	
<b>Venitius deceptus reformanda.</b>	<b>in marg. nu. 8.</b>	<b>intra duos menses.</b>	<b>in marg. nu. 24. 10.</b>
<b>Venitium nec fiscus, nec alius enescit.</b>	<b>in margarita numero</b>	<b>Voluntatis ultime manuenda sublatio.</b>	<b>in margarita numero 1. pag. 34.</b>
<b>ro 1.</b>	<b>pag. 17.</b>	<b>ro 5.</b>	
<b>Venditiones fisci debent esse bone fidei, alias sunt nulle.</b>	<b>in</b>	<b>Vsatici, princeps namque sensus.</b>	<b>in uiri. mil. nu. 1. 147.</b>
<b>marg. numero 29.</b>	<b>mar. nu. 15.</b>	<b>Vsatici, iudicium in causa detrahit sensus duplex.</b>	<b>in margar. numero 23. pag. 136.</b>
<b>Verborum que non disponant.</b>	<b>in uiride milit. nu. 8.</b>	<b>Vsaticum si quis dixerit emulari.</b>	<b>in uiride milit. numero 10. pagina 154.</b>
<b>Venibus politioribus quibus uti licet, et quibus non.</b>	<b>in</b>		
<b>preratio. mil. nu. 4.</b>	<b>pag. 137.</b>		
<b>Vestuum genera.</b>	<b>in pre. mil. nu. 5.</b>		
<b>Viam publicam quis concedat.</b>	<b>in marg. nu. 11.</b>		
	<b>119.</b>		

FINIS INDICIS.

## In Margaritam Iacobi Calicij I. V. D. Pardulphi Prateij Iuris vtriusque lytæ, Epiγραμma.

Postubis monticulis circumq[ue] uolauerit arva  
 Dulcia floris apis optime que que legent,  
 Dulcia melia facit quibus est illi gratius uisquidam,  
 Ex his et scite farinam et confecunt.  
 Sic quoque Calicij Castelensis aura coegerit  
 Sparsa locis multis, dexteriore manu,  
 Complexor scite Abram, Martremq[ue] ferocem  
 Peruidess isto (qua livet arte) libro.  
 Scilicet arva rura recte coniuncta; utraque  
 Imperii sequidem numerat illi adam.  
 Legibus emendat diros, sanotis latrones;  
 Et uarijs poemis expiat omne scelus.

Lugduni,

Ecce debant haeredes Cornelij à septem grangis, sumptibus  
 Ioannis Gordiolæ bibliopolie Barchinonenſis.  
 Anno Domini M D L V I.